



Lvdovici Carrionis Antiquarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

Perdimus aeuum. certa stant omina lege. compendia rerum. sors est sua
cuique ferenda. Roma enata casis. vires Italae. adice, subice, prima beeui.
Manilius, Propertius, Papinius, emendato. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](#)

Perdimus aevum. certa stant omnia lege. compendia rerum. sors est suacuique ferenda. Roma
enata casis. vires Italae. adice. subice. prima breni. Manilius. Propertius.
Papinius. emendati.

CAPUT V.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis?
Torquemurque metu, caecaq; cupidine rerum.
Aeternisque senes curis dum quaerimus aevum.
Perdidimus & nullo votorum fine beatis?
Victuros agimus semper, nec viuimus umquam.
Pauperiorque bonis quisque est, qui plura reposit.
Nec quod habet numerat, tantum quod non ha-
bet optat.

Elegansissimi versus sunt doctissimi poetae Ma-
nilij, qua à distinctione, qua à scriptura valde pia-
ui: quos ita à me corrigas licebit.

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis,
Torquemurque metu, caecaque cupidine rerum? Manilius li.
Illi.
Aeternisque senes curis, dum quaerimus aevum, Vaf. j.
Perdidimus & nullo votorum fine beati,
Victuros agimus semper, nec viuimus umquam.
Pauperiorque bonis, quisque est, qui plura requirit,
Nec quod habet numerat, tantum quod non ha-
bet, optat?

Ac deinde

Ibid. Vers.

XIV.

Fata regunt arbem, certa stant omnia lege.
scribo; Certa stant omnia lege.

paulo post:

Vers. xix.

Et vitia & clades, damna & compendia vitae.
scribo;

—damna & compendia rerum.

mox: Nemo Vers. xx.

Nemo caret damno, poterit nec habere negatus,
Fortunamue suis insitam pendere votis.

Aut fugere instantem. sors est sua culpa ferenda

*Yrum versu secundo legendum conicio: immixtus
prendere: ut ei, quod cōsequitur, recte opponatur:
tertio vero, quidam liber habet: sors est vacuo
ferenda: è qua lectione conjecturam veram, &
opinor, facio, & de qua nemo dubitare possit:
legendum esse:*

—sors est sua cuique ferenda

Sequitur paucis abhinc versibus:

Non euersa viro fatis viciasset in ipsis:

Aut Lupa projectos nutrisset Martia fratre,

Romaque sic enda foret.

Vn. xxiv lego:

—Troja sub em
Non euersa viro fatis viciasset in ipsis?

Ave Lupa projectos nutrisset Martia fratre!

et Roma casis & nata (aut certe, enata) foret?

*Quae emendatio nisi certa est; rel. qua etiam om.
Propert. lib. nia pro arbitrariis haberi volo: Sic Propertius o-
IV. Eleg. I cellus Poetarum.*

*Hoc quodcunque vides hospes, qua maxima Ro-
ma est,*

Ante Phrygem, Aenean collis & herba frui.

Et:

Fictilibus creuere deis haec aurea templo.

Non fuit opprobrio facta sine arte casa.

*Eleganter etiam Minutius felix Octauio: Obra-
storum & casae regnum de geminis historia notissimum
est. & meum mel Tibullus:*

Romulus aeternae non dum fundauerat urbis

Moenia, consorti non habitanda Rhemo.

Illic pascebant herbosa palatia vaccae

Et se

Ant. Murez
Variae Lectiones
LIII

25

Et stabant humiles in Iouis arce casae.

Scripsi superius; qua maxima Roma est; quod ita
scribendum esse mihi persuaderem, immo vero
prope certo scirem. nisi forte illi Maniliano sive
le esset.

Manili. li. r.

XXXVII.

Sentirentque Deum gentes quam maximus esset.

Finem huius capituli dabo; si vnum praeterea lo-
cum adiecerō:

Idem li. iv.

Ver. XLIII.

Adde etiam Italicas vires, Romāque suis metu.

Pugnantem membris: adice ciuilia bella.

scribo: *Adde etiam vires Italas, Romāque suis metu.*

Pugnantem membris. adice & ciuilia.

Idem Vers.

10C.

LXXV.

Sic quod infra est; — *Cannasque sepulchris*

Obruit, & Libyam Italicas infundit in vrbes.

scribo ex vetere codice: *Et Libyen Italas infudit*
in vrbes.

Quoadmodum autem hic, adice, prius breui
Poeta extulit: ita alijs versibus, si correctorum au-
daciā potuerint extigere, idem fecisse exili-
mandū est. Neque enim dubio quin illa:

His addunt aliquos diversa fila trahentes
inter se gyros.

Idem lib. ix.

Vers. 10C.

LXXX.

ad eundem modum sint scribenda:

His adice obliquos, aduersaque fila trahentes
inter se gyros.

Quin & Statius Papinius, quem breui, dis volen-
tibus, multis millib⁹ meliorem in vulgus dabi-
mus, eadem ratione dixit:

Statius A-

chill.

Claud. de

rapru.

Proscip.

lib. IIII.

Vers.

CXXXIV.

Subicit gauisus Ulysses.

Claudianus: *Subicit Cybele: Non tanta Tonanti.*

Segnities: & Martialis:

Nil adicit penso Lachesis.

Quo illud etiam Asinij Galli in Marcellum
epigram-

Ant. Miser.
Varia Lection.
LII

14 L. CARRONIS ANTIQ. LECT.

epigramma pertinet:

*Qui caput ad lacuam deicit, glossemata nobis
Praecipit, os nullum vel potius pugilis.
haec parua sunt, nec est quisquam, qui non
per se à nullo monitus, sic emendaturus fuisse
deatur. quanquam quod magnorum virorum
stimo de eloquentia dicitur; nihil in ea est
quod spem tantopere fallat, quam quod quilibet
cum audiuerit, consecutū se nullo negotio imi-
tatione confidat: idem ego in vniuersum de omni
hac veteres scriptores emendandi ratione ver-
dic. Poſte statuo.*

*Libertatem perdimus. Restio Laberij. Lenenus
Laberius apud Macrobius, item apud Agellium
restitutus. Fer sacrum facere, quid sit, verbis.
Sisenae explicatum. eiusdem dispersa apud
Nonum duo fragmenta collecta &
correcta. Nonij inscritia.*

C A P V T VI.

MVLTAE sunt in scriptis veterum mēde-
tab initio tenuēs, quae tamen ubi in libris
inoleuerint, maximos errores patiunt: ita plane,
quod in vetere veroō est, varia vibia sequitur. Ita
que errant & vehementer errant, mea quidē sen-
tentia; qui litterarum parū referre existimant, ri-
vitia qualiacunque tandem illa sint, è libris colla-
tur omnia: nisi forte nihil refert scriptores op̄i-
mos à nobis intellegi. exempla in manibus sunt,
superiore capite, quod vulgo erat: